petitorio potest transiri ad possessorium sed non econtra. Ait belial vide glo. ibi que hoc notat. Ait moyses quomodo potest hoc esse. quia si hoc esset veritas. tunc proprietas preiudicaret possessioni. Sed quod hoc non sit verum est euidens argumentũ de or. cog. cum dilectus. et. c. vlti. Ait Belial que dicis locum haberent. si a diuersis partibus intentarentur. sed quando intentantur ab eodem. non sic et sic loquuntur iura. Item mea conuentio est expressum. tua exceptio est tacitum. sublato expresso quomodo remauebit tacitum. Certe non remanet vt. C. si reus vel accu. mor. fac. l. vltima. et quod no. de cle. cõiu. quod a te ego non potes petere in causa procedi. Dic mihi o moyses si iudex delegatus sententiauerit sup possessorio. nonne cognoscere poterit de proprietate. nec dicetur functus officio suo et hoc propter cognoscibilitatem causarum vt de sequestra. c. j. Quantomagis si sinuatum nõ fuerit et ponatur sine preiudicio quod obtineres in possessorio. si postea obtineam de proprietate Nonne enim ipsa proprietate recuperabo possessionẽ tibi adiudicatam. Certe sic quia possessio sequitur proprietatem vt. ff. de po. l. bona. fides. ff. si pignora. act. si rem. xvj. q. iij. §. i. et. iij. c. cum dilecti de cau. pos. ergo valde et de iure debes admitti. Ait moyses peto interloqui. vnde salomon taliter extitit interlocutus. quod primo sit renunciatũ in totum possessorio iudicio per belial Ipse idem ad agendum de proprietate admittitur. Allegat ad hoc et bene glo. c. vinci de causa pos. et proprie. in clemẽ. Et subsequenter eadem iudicij instantia vtraq; partẽ apud acta pereptorie citauit ad dãdum et recipiendum libellum ad diem nonam. hora iudicijs et ad vlteriora cause. etc. vt supradictum est.

Ait moyses oportet acquiescere sed male contentor. Ait belial quare male contetaris de quo confidebas de testibus forte et quid valẽt eorum dicta. Nunquid abraham est publicus concubinarius. Nonne dictum est sibi. Ecce ancillam et filiã eius vt geñ. xxj. Cuius ratõne dictũ suum non valet vt. iij. q. iiij. consanguineorum. Quid valet testimoniũ. Isaac mendacissimi periti. qui cum interrogatus fuisset. si sua vxor esset sua vxor mentiendo dixit quod nõ vt geñ. xxvj. Cuius ratione dictum suũ non valet vt. xxii. q. v. paruuli et de testestimoniũ. Item iacob nonne fuit fraudulentus inuasor fur et latro. quod suis fraudulentijs recepta benedictione ingressus fuit hereditatẽ esau fratris sui primo geniti vt geñ. xxvij. cuius testimoniũ non valet vt. ff. de fur. l. non potest. Item quid valet testimoniũ dauid homicide et adulteri vt. ij. R. xj. c. Certe nihil vt de testi. ex parte. b. cum similibus Vbi est virgilius qui deceptus specie mulieris in cista ad curiam suspensus spectaculum fuit omni transeunti. Et ypocras inuidia ductus interfecit nepotem suum. Et aristotiles qui fraudulenter dirupuit armarium salomonis tempore allexandri et eius sapientiam et philosophiam fraudulenter sibi appropriauit. De Iohanne Baptista nihil dico. quia cum bonitate est plenus tamen eius dictum i mei preiudicium modicum valet. quia di

ctum vnius dictum nullius vt de te
sti. licet. i. et ij. Ergo de quo lamen-
tatis o moyses. Ait moyses si fuisset
dicta testium disputata bene proba
rem tibi ꝙ valerent. Ait belial hec
probata per sacram scripturam. et
ꝙ per sacram scripturaꝫ probentur
crimina est euidens argumentū ī iu
re vt. v. q. vltima. episc. [illegible]iū et ð ma.
et obe. hisqꝫ. Ait moyses Intendas
ad libellum termino sepedicte cita-
tionis adueniente. et partibus vtri
usqꝫ in iudicio cōparentibus Astu-
tus belial tres sub eadem forma ob
tulit libellos huius tenoris et con-
tinentie.

c Oram vobis illustri ⁊c. Po-
nit Belial procuratori nomi
ne et pro parte totius infer
nalis ꝯgregationis contra hiesum.
vel aliam personam ꝓ eo legittime
interuenientem. ꝙ cum dicta vniuer
sitas infernalis tenuerit possiderit
habuerit infernū. et terrā vniuersaꝫ
mare et omnia que in eis sunt. ⁊ ma
xime in dicta terra degentes ad ple
nam et totalem iurisdictionem ꝓprie-
tatem et dominium eius et tanto tē
pore cuius contrarij memoria nō ex
istit ex largitione traditione et re-
pudiatione factis in sathan. et eius
vniuersitatem infernalem et altissi-
mū vniuersoꝝ dominū ꝓpter pecca-
tum. et inobedientiaꝫ Ade primi ho
minis plenissime pertinere que oīa
sepedicta. dictus hiesus temerita-
te quadam potius ꝙ̄ iur. auctorita-
te sibi approbriauit ymo potiꝰ vsur
pauit. et dictos sathanā et vniuersi
tatem infernalem inde ammouendo
in graue preiudicium et iacturaꝫ eo
rundem. quare procu. sepedictus no
mine quo. s. petit predicta omnia ad
ꝓprietatem et dominiū iam dicte vni
uersitatis per vos et vestram curiaꝫ
finaliter adiudicari. Et predictuꝫ
hiesum finaliter ex inde ammoueri
protestando de expens. damnis ⁊ in
teresse. et hoc. et ꝓbatur ꝑ. c. inter
dilectos de fi. instru. et ꝑ. c. ablate
§. sane de sen. et re. iudi. li. vj. Quo
libello perlecto iudex similē moysi
dedit libellum nec non ad terminū
ad diem. x. eiusdem respondendum
litē contesta. et ad vlteriora cause
ꝓcedendum.

t Ermino supradicto aduenie-
te coram iudice partibus
ambabus presentibus moy
ses instante Belial litem contestan-
do sepedicto libello respondit dicēs
nego narrata ꝓut narrantur et pe-
tita prout petuntur fieri debere.
Hic contestatio disiunctiue fit aliq̄n
do quia in libello petuntur et narrā
tur vera et falsa mixtim ita ꝙ per il
lam disiunctiuā saluatur vt de testi.
spo. cum ad sedem.

Acta litis contestatione. et
ea apud acta scripta et re-
dacta iudex incontinenti fe
cit a partibus iuramentum calumnie
prestari subforma no. in. c. i. de iura.
calū. p. sub his versibus comprehē-
sa. Illud iuretur ꝙ lis sibi iusta viꝰ
Et si queratur verū non inficietur.
Nil promittetur nec falsa ꝓbatio de
tur vt lis tradetūr dilatio nulla pe
tetur. Et nota ꝙ cum samel de calū
nia est iuratum. amplius in eadem
causa non iuratur vt. C. e. ti. aut. ho
die. sed de malicia sic cuꝫ ꝓposita fu
erit aliqua exceptio et dilatio peta-
tur vt de excep. pastoralis. et ð tes.

vltra terciam. et de iura. calūp. ca. penul. li. vj. in fi. Item nota ꝙ hoc iuramentum calumnie in principali causa prestitū seruat partem indemnem in condemnatione expensarum quia ibi est ignorantia facti. sed non in causa appellationis quia ibi est ignorantia iur. hoc no. in. c. finem de do. et contu. et no. in regula ignorantia de re. iu. li. vi. Et no. ꝙ sindicus vniuersitatis hoc iuramentū prestat in ꝓpriā animā. Procura. alteri⁹ spiritualis in suam et deū. et no. glo. in c. in pertractandis de iur. calūp. et eo. ti. c. penul. li. vj. pena vero recusantis est. vt actor cadat ab institucta causa. Reus vero habetur pro cō fesso vt eodem titulo. c. finali.

q Vibus quidem peractis belial petijt dilationē pro testibus et alijs iuribus et defensionibus suis producendis. Vnde iudex dedit eidem ⁊ alteri parti terminū dierꝫ trium. qui terminus cadit in diem. xiij. aprilis ad ipsas defensiones ⁊ ad iura alia producēda ꝓpter quid no. ꝙ dilatio dari debet iudice sedēte ꝓ tribunali ⁊ vtraqꝫ parte presente. et causa cognita d' plano ⁊ semiplene. vt. iij. q. iij. §. spacium vbi a iudice et data dilatione officium iudicis conquiescit. donec tempus dilationis effluxerit vt. C. de dila. siue pars et de ap. significauit. Et nota ꝙ hodie in dilationibus pro testibus ꝓducendis iudex considerata distantia locorꝫ et temporis qualitate inducias concedet vt d' ap. cum sit romana. ꝙ de iure ciuili est secus. vt. iiij. q. iij. spacium et. C. de dila. l. i. Qua dilatione per belial recepte testium producendorꝫ et iuri um aliorum incontinēti sollicitus. d' suo iure positiones et articulos protulit in iudicio. in forma que sequitur infrascripta.

p Ositiones et articuli ꝓ parte Belial vt. s. in alio preambulo ponit et probare intendit. Belial procuratorio nomine. quod s. ꝙ deus hominē masculū et feminam. masculum extra paradisū feminā in paradiso creauit vt geñ. i. ⁊. ij ca. Item ponit ꝙ deus dictum hominem tulit et posuit in paradiso voluptatis. vt operaretur et custodiret eum vt. geñ. eo. c. Item vt sic ꝙ de⁹ eidem precepit ne de ligno scientie boni et mali comederet. quia in quacunqꝫ hora comederet morte moreretur vt geñ. eo. c. Item ponit vt s. ꝙ ad suggestionē serpentis callidioris cunctis animātib⁹ que de⁹ creauit de predicto ligno comedit contra dei preceptum vt geñ. iij. c. Itē ponit ꝙ deus ꝓpter predictam inobedientiam. eiecit dictū hominē de paradiso voluptatis in maledictione vt operaretur terrā de qua sumptus fuerat vt geñ. eo. c. Item ponit vt s. ꝙ post predictam inobedientiā ⁊ eiecticnem. deus eundem hominem tradidit in manu sathane. et dyabolice ꝯgregationis possidendū vt ysa. xliij. Pater tuus peccauit ⁊ interp̄tes tui preuaricati sunt in me ⁊ contaminaui principes sanctos dedi ad interitionē Iacob ⁊ irahel i plasphemiam. Item ponit vt. s. ꝙ deus post predictam traditionem dictuꝫ hominem repudiauit ⁊ vendidit eum predictis sathane et infernali congregationi. vt ysa. i. c. hoc dicit domin⁹ Quid est hic liber repudij matris

nostre. qua dimisi eam. aut quis est creditor meus cui vendidi vos. Ecce enim iniquitatibus vestris venditi estis et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Item ponit ut sic quod dictus sathan. et etiam infernalis congregatio utriusque repudiationis corporalem habuerunt possessionem ut ps. xviii. Sicut oves in inferno posite sunt. et mors depascet illos. Item ponit ut sic. quod hominibus crescentibus in terra. dictus sathan et congregatio iam dicta valde dilatauerunt imperium suum supra eos et in universa terra. qui in eadem damnatione erant cum primis parentibus eorum ut Abacuc. iii. c. Egredietur dyabolus ante pedes eius. stetit et mensus est terram. aspexit et dissoluit gentes et contenti mentes seculi. Item ponit quod dictus sathan fuit et est rex egypti ut ezech. xxix. c. Item ponit ut sic quod fuit et est dominus ciuitatis illius prope mare positis quod fuit et est princeps tyri. ut ezechiel. xxviii.

Item ponit ut sic quod fuit Et est dominus ciuitatis illius prope mare positis. cui nullus negauit tributum ut ezechiel. xxvii. c. Item ponit ut sic. quod fuit et est dux. Israhel ut ezech. xxi. c. Item ponit ut sic quod ipse ac universitas infernalis super omnes gentes et nationes potestatem et iurisdictionem exercuerunt et dominium habuerunt ut ezech. xxxii. Item ponit sic quod iusto titulo et bona fide predicta. et dictus ut sathan et infernalis congregatio possiderunt et prescripserunt spacio quattuor milia annorum et ultra ut eo. xl. c. Iugum graue super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum. Item ponit ut sic quod deus non irritat ea que de suo ore procedunt ut. ps. lxxxviii. Item ponit ut. s. quod de predictis est publica vox et fama inter homines et per homines. Et nota quod positionibus debet pars aduersa. ne dum iuramento de veritate dicenda respondere. que si iussa a iudice recusauerit habetur pro confesso ut de confes. c. ii. li. vi. dicit eisdem per verba credo vel non credo respondere. Nec est dandum tempus ad deliberandum. quia ex presumptionibus informat suam credulitatem ut no. in. c. quosdam de presum et hoc fit ne pars agens releuatur ab onere probandi ut. ff. de iureiur. eum qui in. c. i. de cofes. li. vi.

Quibus quidem positionibus et articulis ut. s. in iudicio presentatis et receptis saluo iure impertinentium et non admittendorum ut no. in. c. constitutus de ele. i. cle. i. gl. pen. pecijt belial iudici testes et partem citari prout s. in eius forma continentur. Quibus quidem testibus qui longissimis annis in inferno deguerunt. nec et non moyse citatis et relatis atque comparentibus coram iudice. prout sic in alia forma contmetur. Pecijt Belial procura. infernalis in moysen procuratorem ihesu per iudicem sigillatim positionibus et articulis. premissa de veritate dicenda iurari interrogari et sigillatim ad qualibet respondere. et iussu atque a iudice per ordinem omnes positiones predictas extitit confessus. hoc excepto quod ad suggestionem serpentis homo peccauit. ymo dixit moyses ad dyaboli suggestionem. qui inuidia plenus per serpentem hominem innocentem facit peccare. Audi sapientem sapientie. iii. c. Deus creauit hominem inexterminabilem

bilem ad ymaginē sue similitudinis fecit illuʒ. inuidia autē dyaboli mors intrauit in orbem terrarꝝ. Belial autem hilaris factus ꝓpter sepedictā confessionem ad proximū dictū non aduertens. Ait iudici. dn̄e iudex cōfessio procu. nocet domino vt lite. nō ꝯtesta. accedens et. c. cum olim. de causa pos. et ꝓprie. ammodo testibus non egeo quoniam ex ore eius audistis et iure est cautum. ꝙ in cōfitentē nulle sunt partes iudicis nisi in condemnando vt de transac. ꝑterea de cōfes. c. ij. Ideo precor vestrā dominationem vt dictum moysen ad audiendam sententiā placeat citari. qꝛ ius dicit Nos in quāꝗ sententiā ferre possumꝰ nisi in conuictu aut spōte confessum vt. ij. q. i. nos Ait moyses tu belial es male morigeratus adhuc non exposui iudici factū meum et infringis mihi in ore verbū. Audi me pacienter si placet Ait belial volens truphare de moyse loquere domine quia seruus tuus audit. Dicit moyses obijciendo contra tuas positiones et articulos. Dico ꝙ dictus sathan et dyabolica congregatio fuit princeps et rex prout in positionibus et articulis tuis continetur Sʒ nunc non est. nec imperator nec princeps nec rex. quia iuste eius de meritis. i. malis meritis sententialiter per omnipotentem deum fuit priuatus. Et hiesus meus eiusdem dei filius de predictis regnis per eundē omnipotentem legittime fuit inuestitus. sicut per publicam iudicialē sententiam legittime apparet Ait Belial vbi est ista sententia proba per eam. Ait moyses peto per iudicem ad hanc exceptionem peremptoriaʒ me admitti ad quam salomon admisit. ⁊ sic apd̄ acta scribi fecit ac moyses incontinenti et in eadem instantia iudicij apportauit librum ysa. c. xlviij. et eundem incepit legere incōtinenti in his verbis et forma.

Edemptor deus exercituuʒ in nomine illius statim Israhel vltionem capiam et non resistet mihi. homo denuda turpitudinem tuam discooperi humerꝝ tuū reuela crura transi flumina. sede. tace. et inter tenebras filia caldeorum id est infernorum. quia non vocaberis vltra domina regnorum. Iratus sum super populum meum et contaminaui hereditatem meam. et dedi eos in manu tua nam posuisti eis minas super semen agrauasti iugum tuum valde et dixisti in sempiternū ero dominus non posuisti hoc super cor tuum neqꝫ recordata es nouissimi tui. et nunc audi hec delicata. et habitans confidenter que dicis in corde tuo. Ego sum ⁊ non est preter me amplius. Non sedebo vidua. et ignorabo sterilitatem. venient tibi hec duo subito in die vna sterilitas et viduitas vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum. et propter duriciem incantatorum tuorum vehemanter. et fiduciam habuisti in malicia tua et dixisti non est qui videat me sapientia tua et scientia tua hec decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum et preter me non est vltra

veniet super te malum. Et nescies
ortum eius et irruet super te calami
tas quam non poteris expiare.
Veniet super te miseria repentequā
nescies incantatoribus tuis. Et cum
multitudine maleficiorꝫ tuorꝫ stent
et salutent te augures celi. qui con-
templantur sidera celi et supputa-
bunt menses. vt ex eis annum exa-
rent ventura tibi Ecce facti sunt si-
cut stipula ignis combussit illos nō
liberabit animas suas de manu flā
me. non sunt prune quibus calefi-
ant. neqꝫ focus vt sedeant ad eum.
Sic facta sunt tibi in quibuscunqꝫ
laborauerās negotiatores tui ab a-
dolescētia tua vnusquisqꝫ in via sua
errauit Non est qui te saluet cristo
meo cyro. cuius apprehendi dexte-
ram vt subiiciam ante faciam eius
gentes et dorsa regum vertam et a-
periam ante eum ianuas. ꝛ porte nō
claudentur. Et dixit in tempore pla
cito Exaudiui te et in die salutis au
xiliatus sum tui. Cernam te in fedꝰ
populi vt suscitares terras et possi-
deres hereditates dissipatas. vt di-
ceres his qui iuncti sunt exite. ꝛ his
qui in tenebris reuelamini viuo ego
dicit dominus quia omnibus his ve
lut ornemento vestieris. et circūda-
bis tibi eos quasi sponsa. et quia de-
serta tua ꝛ sollicitudines tue. et ter
ra ruine tue nūc angusta erunt pre
habitatoribus. et large vagabun-
tur qui absorbebant te ysaie. xlix. c.
Qua sententia ante solutionem lec-
ta. peciit moyses eam apud acta scri
bi et redigi.

At belial domine iudex ni
chil scio de hac sententia
et non credo ipsam recte
latam. quia nunquam ad
eam audiendam sathan vel inferna-
lis congregatio fuerunt citati neqꝫ
vocati. Ait Moyses Nonne presumi-
tur pro his que a iudice sunt facta
vel acta vt de elect. bone. de renū.
in presentia et in. c. post cessionem.
de proba. et. ij. q. vj. hoc etiam. Ait
Belial verum est ꝙ creditur senten
tie iudicis. vbi constat de processu
cause sed vbi reuocatur in dubiuꝫ de
processu iudicis non est presumen-
dum de iusto ordine nisi probetur ꝑ
acta. Nam victores non aliter potiū
tur sententijs nisi eas ostenderint
recte latas vt auctentice de his que
ingredi ad appellatio. §. illud. ꝛ ma-
xime cum altera pars presens non
fuit vel procurator quia si fuissent
presens et non appellasset tunc veri
tatem diceres vt notat. Innocentiꝰ
in. ca. quoniam de probatio. spe. in ti
tulo. de instru. edi. §. restat vbi in
summa. nota. in. ca. i. de probatio. in
clemen. Sed si velles dicere ꝙ acta
sint perdita proba perditorem vel
processum per testes vt de priuile.
cum olim de testi. alienatus de re.
iudi. sicut. C. de testi. l. properandū
Ait Moyses quid dicis tu Nonne vi
des ꝙ literis episcopi creditur etiā
si non probetur de processu vt de ꝓ
ba. post cessionem vt. xi. q. iij. cute.
Ait Belial distingue tempora et
concordabis scripturas. vt. ij. q. i.
Si peccauerit. Si queris de ex-
traiudicialibus et tunc eius scriptu
re creditur sine alio adminiculo.

Si de iudicialibus et tunc non cre ditur nisi habeat testiũ subscriptio nem vel ꝙ constiterit legittimis do cumentis.vt in predicto.c. quoniaꝫ de proba.et de testi.cum a nobis. Vnde ait salomon iuste petit belial Doce tu moyses et iusticia tuam sẽ tentiam ex actis.quia alias te nõ ad mittemus ad dictam sententiam. li benter domine. Et tunc ait moyses ad belial.

Belial dic mihi nequissime ait moyses esto sapiens Dic quicquid vis et coram iudi ce non loqueris de me vituperiose quia pacienter audiam ait moyses Nonne dans manifeste vidit totam hominũ maliciam que erat in terra et cunctam cogitationem cordis in tentam esse ad malum.omni tempo re post peccatum hominis. et ante diluuium.ait enim penitet me fecis se hominem.delebo inquit hominem quem creaui a facie terre.et omnes homines in diluuium aquarum dele uit vt geñ.vj.et.vij.c. Item post di luuium quid dixit deus clamor sodo moꝝ et gemorreoꝝ multiplicatꝰ ẽ et peccatum eoꝝ aggrauatum ẽ ni mis descendam et videbo. Nõne plu it deus ex hoc nubi ignem et sulfur et subuertit ciuitates his geñ.xviij et.xviiij.de accu.qualiter et .ij.q.j. deus. Item vltra hoc quod adulte ria quot homicidia quot proditiones quot grauia mala immundo sunt ne quissime patrata.ad que narranda cor concipere mens premeditari.et lingua dicere non sufficeret. sicut clarius in codice biblie patet nun quid mundus sit exorbitans ab aq̃s et ciuitates sic exuste fuerunt de re gno inferni ac sathane. quoniam tu dicis sathan inferni imperatoreꝫ ac principem mundi sicut in positioni bus tuis.s.in actis positis plenius continetur. Nonne infernus ꝛ sathã tenentur de peccato postquam mun dus sub eorum regimine erat quomo do potest tua excusatio valere. quo niam munde sunt eoꝝ manus a san guine hac vt .lxxxviij.di. ephesus. postq̃ sub eoꝝ erat regimine. Itẽ dic mihi o belial an si rex aut prin ceps fuerit dissipatus.vel negligẽs regni sui regens.si ꝓpter hoc posset et debeat regno priuari. Si dixeris ꝙ non mendatium dicis vt de elec. ꝙ sicut in fi.xij.q.ij.vincemus et.lx xxj.di.dictum vbi de hoc Item vltra hoc. Nonne sathan et infernus per miserunt se deo celi in mundo qua si vniuerso. Nonne ꝓpter hoc grauiter delinquerunt vt deum dominuꝫ suum.qui precepit se solũ in mundo adorari vt exo.xx.et deutro.vj.c.ꝓ pter quod sathan ꝛ infernus potue runt regno mundi priuari vt de re. iudi.ad apostolice.xv.q.vj.alius et deuoto licet dic mihi o ꝓphane non ne ista fuerunt manifesta deo vt iu dici ac etiam et alijs.cum ipse deus descenderit ad videndum clamoreꝫ sodomoꝝ gomorreoꝝ vicꝫ si ope cõ pleuit vt geñ.xviij.et.xix.atqꝫ vidit cũctaꝫ hoim maliciã ꝓnã esse ad ma lũ.ꝛc.vt geñ.vj. Itẽ nõne ꝓptet cul turã pncipis infernalis ipse deus i finitos reges occiderit ꝛ gẽtes mul tas pcussit Seon regẽ amorreoꝝ ꝛ og regẽ Basan ꝛ oia regna chanaã Propt̃ culturã sathane ꝛ inferni ydo loꝝ eiꝰ vt iosue.xij. ꝛ p̃s.c.xxxv.pt ne hoc tergiuersatõe celari cũ ipoꝝ testis sũt celũ ꝛ t̃ra ꝛ ꝓl̃s vniuer sus vt de purga.canonica cũ dilectꝰ

Nūquid in his oportuit accusatorē habuisse Certe non vt. ij. q. i. manife sta et in. c. euidentia de accu. ac eti am in his ordinem iudiciarū obser uari Certe non vt de iureiu. ad no stram. iij. Et non credas o belial ꝙ iustus deus sathane ⁊ inferno fece rit in iusticiam. quoniā via iuris egit contra ipsum Audi hieremiā. i. c. Ec ce ego ad te superbe. dicit dominus exercituum. quia venit dies tuus tē pus tue visitationis et cadet super bus et corruet et non erit qui susci tet eum. et quia talia manifesta non egent de iur. testium depositionib⁹ declarari. cum probationem vel ordi nem iudiciarum non requirunt. cum fuerint notorie deo et iudici et alijs vt ꝺ testi. cog. super eo sed si nō fuis sent notoria iudici vt iudici et alijs et alijs et tunc oportuisset tale no torium seu manifestum probari vt ꝺ elec. bone. ij. et in. c. vestram de co. ha. cle. et mulie. Sed sententia i his quantumcunq; notorijs fuit neces saria vt de diuor. porro. et de ap. cū sit et. ij. q. i. deus Ideo vniuersorum dominus ad eam audiendam sathan et infernum citari fecit. ac etiam de eorum delicta et regni priuatōe pal de inea. ipse deus cōdoluit cui⁹ te nor sequitur in hec verba.

Vdite verbum domini. prin cipes sodomorū et peccato rum percipite auribus legē dei mater ꝑplo gomorre Corā facta est meretrix ciuitas fidelis. plena iu dicij iusticia habitans in ea. Nunc autem homicide argentum versum ē in scoriam vinū tuum mixtum ē aqua princeps tui infideles socij furum omnes diligunt munera sequuntur retributiones pupillo non iudicant eam vidue. non ingreditur ad eos ꝓpter hoc ait dominus exercituum fortis israhel heu ego consolabor ꝺ hostibus meis. et vindicabor de ini micis meis. et conuertam manū ad te. et excoquā ad puram scoriam tuā vt auferas omnem stagnū tuum vt ysaie. i. c.

Item sathan ipse deus fecit citari per ezechielē. xxviij. c. ꝓ eo ꝙ superbe dixerat ꝙ deus ego suz in hec verba. Et ver bum factum verbum domini ad me dicens fili hominis dic principi ty ri hoc dicit dominus deus. eo ꝙ ele uatum est cor tuum. et dixisti deus ego sum et in cathedra dei sedi i cor de maris. Cum sis homo et non de⁹ et dedisti cor tuum quasi cor dei. Ec ce sapientior es tu daniele omne se cretum non est absconditu; a te sa pientia et prudentia tua fecisti tibi fortitudinē et eleuatū est cor tuum i robore tuo. ꝓpterea hoc dicit domi nus eo ꝙ est eleuatum cor tuu; qua si cor dei. Idcirco ego adducā super te viros rubustissimos gentiū ⁊ nu dabunt gladios suos super pulcritu dinem sapientie tue et polluent de corem tuum interficient et detra hent te morieris in interitu occisorū in corde maris Nunquid dicens lo queris deus ego sum.

Item tercio sathanam predi ctum citari fecit super sup biam Et arrogantium eius ꝑ eundem ezechielem. xxix. et. xxxij. c. Factum est verbū dn̄i ad me dicens fili hominis loquere contra phara onem et dicas hec dicit dominus.

Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne qui cubas in medio flu minū tuorꝝ et dicis meus est fluui⁹ ego feci memetipsum. et ponā fre num in maxillis tuis leoni gentium assimulatus es. et draconi qui ē ma ri et ventilabas cornu in fluminib⁹ tuis et conturbabas aquas pedib⁹ tuis et conculcabas flumina eorum ꝓpterea expandam sup te rethe me um in multitudine populorꝝ multorꝝ et extraham te in sagena mea et ꝓij ciam te in terrā. Vides ergo quātaꝫ fecit deus inferno equitatē tres suc cessiue ad ꝯuincendā eius maliciam fecit citationes vt in. c. prout de do. ꝛ contu. in auc. vt cum de ap. cū quo ꝗ. sed hoc coll. viij. de iudi. auc. iu bemus et in. c. cum alter de do. ꝛ cō tuma.

It belial ipse citationes lo quuntur contra regem tyri et cōtra pharaonē regē egy pti et non contra sathanam infernū Ait moyses. Nonne o nequā in posi tionibus tuis apud acta presentatis et datis dicis sathan regem tyri et regem egypti. ergo quid dicis. Itē o Belial expecta modicū. quia tibi veritatem ostendam. et iustificatōꝫ sententie ex veris processibus. Dic mihi nonne deus elegit Abraham ex omni semine sumens euꝫ sibi i ser uū atqꝫ fedus iniens cuꝫ eo eiqꝫ di cens. Multiplicabo te vehementer nimis. et vltra non vocaberis abram sed Abraham. quia patrē multarum gentiū constitui te et statuens pec catum circūcisionis cum eo in gene rationibus suis federe sempiterno dicens vt sim deus tuus et seminis tui post te et tua semen tuū popul⁹ meus erit eisqꝫ imponēs circūcisio nem et ceremonias multas vt gen. xvij. c. ergo. dic mihi quid fecit atqꝫ patratus est princeps infernalis in dicto populo dei domina eius et re gna eiusdem dei cum prius educe batur dictus populus dei de terra egypti ad terram promissionis quid contaminatus fuit in dicto populo nonne ipse infernalis princeps fe cit eum ydola adorare. dicēs hij sūt dii tui israhel qui eduxerūt te de ter ra egypti vt exo. xxxij. c. et. ps. c. v. et fecerunt vitulum in oreb et ado rauerunt sculptile ꝓpter quod in dei populo ceciderunt gladio plusqꝫ. xx iij. milia. cccc. Item nonne dict⁹ in fernalis princeps in dicto populo dei per filios thae videlicꝫ Dathan et Abiron fecit scisma insurgere. vo lentes caput sacerdocij aaron muta re. ꝓpter quod terra aperuit os suuꝫ et ipsos cum sinagoga eorum viuos absorbuit vt numeri. xvj. et. ps. cv. Et apta est terra et deglutiuit da than et operuit super ꝯgregationē abiron Item nonne ipse infernalis princeps fecit populū dei iniciari belphe or et eundem fornicari fecit cum filiabus moab contra legem dei vt numeri. xxv. c. Item nonne dictus infernalis princeps persecutus fu it dauid vnctum deum per saulem malum spiritum in se habentem vs qꝫ ad mortem exclusiue vt. i. Reg. x viij. Item nonne surrexit satham cō tra israhel vt dauid numeraret po pulum ꝓpter quod peste perierunt ex populo vltra. lx. milia. Item non ne dictus princeps infernalis sepa rauit decem tribus israhel a vero rege rabaam eligentes eis ieroboaꝫ

in regem. et que tribus exceptis du
abus dicto principe instigante reces
serunt cum dicto ieroboam a cultura
veri dei ydolaque adorantes dicto princi
pe dicente ei. Si revertatur populus
iste ad dominum suum roboan interfi
cient te et revertentur ad dominum
propter quod posuit in concilio suo. ut
faceret duos vitulos aureos. et di
ceret toti populo Nolite ultra ascen
dere in hierusalem. Ecce di tui quii
eduxerunt te de terra egipti ut. iij.
R. xii. c. Item nonne dictus princeps
ascendit in abhominatione super al
tare sanctesanctorum et mihi pro deo
via dicto populo dei se fecit adorare
quot mihi adulteria et homicidia quot
desolationes sacerdotum et populi
sancti facta fuerunt ut mat. i. et. ij.
Item dic mihi nonne propter hoc di
ctus princeps vester crimen lese ma
iestatis in deum temeraria presump
tione regnum eiusdem dei sic occu
pando et destruendo amisit si contra
rium dixeris mendacium diceres.
Quid loquuntur iura super his. num
quid de iure propter hoc infernalis prin
ceps regno. quod tenebat a deo su
per omnes gentes potuit a dicto deo
et domino universorum privari. et in e
ternam mortem iuridica sententia damnari et
fisco dei perpetuo regnum et eius do
minium applicari ut. C. ad. l. iul. maie.
l. quisquis. vi. q. i. §. verum et in. ca.
vergente de hereticis. et melius in
c. pastoralis de sen. et re. iudi. in cle
men. Quare hoc egit infernalis prin
ceps in regno dei et quod ipse preele
gerat ex omnibus gentibus et reg
nis et hoc ipse princeps negare non
posset. nonne ipse tunc dixit credens
preoccupare dictum regnum dei po
nam sedem meam in aquilone. et ero
similis altissimo. ut ysa. xiiij. nonne propter
hoc proiectus fuit de sepulchro
suo quasi stirps inutilis quasi same
pollutus et obuolutus cum his qui
interfecti sunt gladio descenditque
ad fundamenta laci quasi cadauer pu
tridum. nonne tunc cessauit exactor que
uit tributum. quia dominus attriuit
baculum impiorum virgam dominan
tium cedentem populos gentesque
persequentem crudeliter ut ysa. xiiij
ca. Quare non stabat suis iuribus et
terminis contentus ut de deci. ca. i.
xx. q. ij. §. i. et. ij. Sed quia supra pri
ma dicta non erant publica et mani
festa deo. ut iudici et alijs sicut su
pra acta fuerunt. Ideo ipse deus tam
quam iustus iudex pro probatione dicte
notorietatis preconie ezechielis et
dauid peremptorie fecit citari nec
non et dictum principem vestrum ut
eorundem testium iuramenta vide
ret ut de testibus in nomine domini
Cuius tenor talis fuit.

F Ili hominis dic montiseyr.
hec dicit dominus deus.
Audiui universa obprobria
tua que locutus es dementibus isrl
dicens deserti vobis dati sunt ad de
uorandum. et insurrexistis aduersus
me ore vestro. et rogastis aduersus
me verba vestra. Ego audiui hec di
cit dominus letante universa terra
in solitudinem te redigam sicut ga
uisus es super hereditatem domus
israhel. eo quod fuerit dissipata. sic fa
ciam tibi ac etiam citamus dauid et
ezechielem ut coram nobis compa
reant medio iuramento depolituri
veritatis ut ezechielis. xxxv. ca.

Et quid dauid coram ipso deo et domino vniuersorum fuit testificatus audias eundem. ps. lxxxiij. deus vltionum dominus deus vltionū vsqzquo peccatores. domine vsqzquo gloriabuntur populum tuum domine humiliauerunt et hereditatem tuaz vexauerunt viduam et aduenā interfecerūt et pupillos occiderunt. et dixerunt non videbit dominus. nec intelligit deus iacob polluerunt templū sanctum tuū posuerunt hierusalē in pomorum custodiam morticinia seruorū escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Effuderūt sanguinē eorum tanq̄ aquā in circuitu hierusalem. et non erat qui sepeliret. Incenderunt igni sanctuariū tuum in terra. polluerūt tabernaculum nominis tui. dixerūt in corde cognatio eorum simul quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra Vide domine quāta malignatus est in sancto. Item quid testis fidelis ezech. fuerit testificatus O belial audi eundem. c. xxij. Ecce principes israhel singuli in brachio suo fuerunt in hierusalez. Et effuderunt sanguinē patrem et matrem contumelijs affecerunt in ea aduenā calumniati sunt in medio eius et pupillam et viduaz contristauerunt apud ipsum sanctuaria tua domine spreuerunt et substātialia polluerunt scelus operati sunt in medio eius verecundiā patris discoperuerunt immūdiciam menstruante humiliauerunt. et vnusquisqz in vxorem proximi operatus est abhominationem et socer nuram suā polluit nepharie frater sororem suam filiaz patris sui oppressit in te. et tuis domus fuerunt obliti. Dic mihi o belial probant ne ad plenuz dicti testes de nequicia et sceleribus per principem infernalem in regno dei cōmissis atqz patratis cum in ore duorum stet omne verbū vt de testi. in. c. in nomine. et c. licet. a quibus testibus plenissime deus vt iudex informatus et gemiscens et dolens de iuridica priuatione totius impij principis infernalis quasi lacrimose sic fuit locutus vt ezech. xxviij.

Cherub tu signaculum similitudinis. plenus sapientia et perfectus decore in delicijs paradisi fuisti. Omnis lapis preciosus operamentu tuum. Sardius theopasius. et iaspis crisolitus et onix et berillus saphirus et carbunculus et smaragdus auruz opus decoris tui et foramina tua in die qua conditus es preparata sunt Tu cherub extentus et protegens et posui te in montem sancto dei in medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in vijs a die conditionis tue. donec inuenta est iniquitas in te in multitudine negotiationis tue. repleta sūt interiora tua iniquitate. et peccasti et eieci te de monte sancto dei et perdidi o cherub pro te de medio lapidum ignitorum in terra proieci te ante faciem regum. dedi te vt cernerent te. et adhuc mala peioribus aggregādo duplicauit in terris malū suū propter qd deus vniuersorum dn̄s principē infernalē ad sniaz audiendā fecit citari in forma q̄ sequitur vt Ezech. xxi. ca.

Ec dicit dominus deus. Tu autez prophane impie dux israhel cuius venit dies in tempore iniquitatis perfinite. Hec dicit dominus.

Aufer cidarim tolle coronam iniqui-
tatem. ponam eam vt que predaris.
nonne et ipse predaberis. et q sper
nis et ipse sperneris. Cum consuma
ueris depredationem depredaberis
et cum fatigatus desieris contem-
nere contemneris vt ysa. xxxiij. ca.
Ve corone superbie z flori deciden
ti glorie exaltationis eius pedibus
con culcabitur coronam superbie et
erit flos decidens glorie exaltatois
eius vt ysa. xxviij. c. Ideo veni ad iu
dicium o pphane quia hodie destru
etur superbia imperij tui.

Ac mihi o belial nuquid pn
ceps infernalis copatuit ci
tatus ad sententiam audie-
dam. tu dixisti q non fuit ipse prin
ceps citatus. Sed ecce qualiter fuit
ipse ad eandem citatus si non copa
ruit contumax fuit sed sententia bn
fertur in citatum peremptorie et co
tumacem vt de offi. dele. consuluit
in glo. et in. c. veritatis d do. et con-
tu. et in cle. sepe. de ver. sig. Sed ip
se deus videns tui pncipis otuma-
tiam sententiam iam dictis in scrip-
tis sedens pro tribunali tulit put. s
continetur vt de sen. et re. iudi. c. fi-
li. vj. et sathan et infernu omnibus
supra regnis perpetuo priuauit. z do
mino meo hiesu supra regna perpe-
tuo adiudicauit teste daniele. et di-
cente throni positi sunt et antiquus
dierum sedit in iudicium et libri a-
perti sunt. Et vidi q interfecta ess3
bestia. et perijsset corpus eius z tra
ditum esset ad oburendum igni alia
rumq3 bestiaru ablata ess3 potestas
et tempora vite constituta esset eis
Iste bestie sunt regna babilonica z
sathane. z eis tempora vite. i. filij
dei constituta sunt. quia aspiciebam
in visione noctis. et ecce cum nubi-
bus celi quasi filius homis veniebat
et vsq3 ad antiquu dierum puenit z
in conspectu eius obtulerunt eum.
Iste antiquus dieru deus pater est
Iste filius hominis hiesus est fili9
dei et hominis et dedit ei potesta-
tem honorem z regnum vt omnes
q3 populi tribus ac lingue ipsi ser-
uirent. potestas eius potestas eter-
na que non auferetur et regnu eius
quod non corrumperetur vt daniel.
vij. Vnd ait moyses est iustificata su
pradicta sententia ex actis. Ait beli
al nescio. Ait moyses domine iudex
peto vestram interlocutoriam super
iustificationem iam dicte sententie
z sic scribi fecit apud acta. pter qd
salomon respiciens supradicta alle
gata et ea bene recensita atq3 dige
sta. interlocutus fuit per supradicta
acta dictam sententiam iustificari.
et sic apud acta fecit scribi.

Ve audiens belial vehemen
ter fuit stupefact9 z genu-
flexus cora iudice salomone
lacrimabiliter iunctis manib9 ab eo-
dem postulauit. vt eum in sua iusti-
cia habeat comendatu. cu aliqua in-
tendebat obijcere otra supradicta.
Quib9 obiectis z pbatis credebat il
lico suum obtinere intentum. Cui
salomon dixit. audacter loquere quo
niam si iusticiam habueris eandem
executiue osequeris. Ait belial quaq
moyses videat iustificasse put ipe as
serit. z vos iterlocuti fuistis supra-
dicta snia3 ex actis. tamen hiesus
eius dominus in executone eiusdem
contra debitum iuris z iusticie. mo

dū excessit capiens inferni terre et orbis et habitantium in eis possessionem principe nostrovel alio eius nomine ac etiā inferno irrequisitis neq̄ citatis ad eundem ponatur sine preiudicio. Ait belial q̄ noster princeps seu infernus fuerit de iure priuatus omnibus supradictis tamē de facto possidebat debuit ne ipse sic remoueri a possessione non citatus quia forte poterat aliqua sibi competere de iure retinendi eandē Certe taliter remoueri non debuit vt.xvj.q.iiij.volumus de cōtes.preben.cū nostris de resti.spo.in literis de causa pos.et ꝓprie.c.ij.et est expressū.C.de rei.ven.l.fi.ideo si ipsi iesu vt asseritur sententialiter traditi fuerunt vniuersus mundus infernꝰ et anime inibi degentes debuit agere vt sibi traderetur possessio predictorum sumarie tamen possessore vocata vt.C.si per vim vel alio modo l.vltima de preben.licet epūs li.vj. Nemini enim licē suā rem ꝓpria auctoritate occupare.C.vnde vj.l.si q̄s in tantam.xvj.q.vj.placuit et de preben.eum qui li.vi.et de diuor.porro sed predictus hiesus dominus moysi in nullo sepedictis obseruatis.oīa sepedicta temeritate quadam penā dicte.l.siquis et aliorum iurium temere in currendo illicite occupauit. Quare iustissime iudex cūm sim paratus ista in omni euentu probare q̄ eisdem probatis placeat dicto iesu temeratio. et violento possessore excluso mihi nomine quo.s. plene eādem adiudicare. Quibus per belial dictis et sollicite ante per moysem audistis hoc modo predictus Moyses iudici salomoni fiducialiter fuit locutus.

Rex sapientissime quanq̄ verba belial bene et subtiliter ꝓlata videantur audientiū aures demulcere.tamen salua eius gratia.quia prout narrantur de hiesu domino meo non sunt vera q̄ belial debet scire q̄ executio sententiarum est duplex scilicet mera et mixta. Mera executio est quando partibus presentibus cognitū est de cā ab aliquo iudice et ipse mandat alicui q̄ sententiam exequatur vt.C. de execu.rei iudi.l.executionem et l.si vt ꝓponis.et talis executor non debet audire exceptionem.quia nullam habet cognitionem. Sed tantū meram executionem vt in.c.pastoralis de offi.del.nisi talis executor sciret sententiam per eum exequendā latam ex auctoritate falsarum litterarum vt de crimine falsi super ea et per falsa instrumenta.vel per dolum aduersarij.et si ista obijciantur coram tali executore debet ipse supsedere et non cognoscere de exceptione sed potius negotiū superiori referre vt de sen.et re iudi.de cetero.et in.c.si quando de offi.dele. Sed executō sic mixta puta quia habet cognitionem annexam vt cū mādat alicui restitui rem suam.vel mādat alicui dari beneficium corā tali executore admittantur exceptōes et habet ipse cognitionem earumvt de offi.dele.expartte.xxv.q.ij. et si cognitio de rescrip.Siquando et.c licet episcopus de preben.li.vj.et taliter tua exceptio belial debet intelligi.nec non et iura per superius allegata.quoniam executionem quā habuit dominus meꝰ hiesus habuit

a mero executore .s. angelo dei qui nullam habuit cognitionem. nisi meram executionem sententie dei. Coram quo angelo affuit etiam et sathan. vt testatur zacheus in .c. iij. dicens.

¶ E ostendit mihi dominus iesum sacerdotem magnū stātem coram angelo dei. et sathan stabat a dextris eius vt aduersaretur ei. Et dixit dn̄s ad sathan increpet in te dominus sathan ꝛ increpet dominus in te. qui elegit hierusalem. et hiesus indutus erat vestibus sordidis et stabat ante faciem angeli. qui respondit et ait ad eos. qui stabant coram se dicens. Auferte vestimenta sordida ab eo et dixit ad eum. Ecce abstuli a te iniquitatē tuam ꝛ indui te mutatorijs. et dixit ponite cidarim mundā super caput eius. et posuerunt cidarim mundā super caput eius. et induerunt eum vestibus Et angelus domini stabat contestabatur hiesum dicens. hoc dicit dominus deus exercituum. Si in vijs meis ambulaueris et iusticiā meam custodieris. tu quoqꝫ iudicabis domū meam. et custodies atria mea et dabo tibi ambulantes de his qui nunc assistunt. Audi hiesu sacerdos magne. tu ꝛ amici tui qui habitant coram te. quia viri potentes sūt Ecce enim ego adducam seruum meum orientem. quia ecce lapis quem dedi coram hiesu super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ego celabo sepulturam eius. ait dominus et auferam iniquitatem terre illius in die vna. Quid videtur tibi o belial. fuit ne legittime supradicta dei sententia per supradictum angelum executa. in cuius executione etiam ꝛ sathan affuit. sicut et supra patet.

Q Vid dicis o belial confiteris te iuridice esse conuictū ait belial certe nequaq̄. q2 qui tu dicis et dicta sunt vera. sunt de vero messia. qui debet saluare populum israheliticum. in quo messia requiescit spiritus domini spiritus sapientie et intellectus spiritus consilij et fortitudinis spiritus scientie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini. Ipse vero non secūdum visionem oculoꝝ iudicabit. neqꝫ secundum iudiciū aurium arguit sed in iusticiam arguet et percuciet terram. virga oris sui et spiritus labiorum suorum interficiet impium. ꝓpter cuius iusticiam habitabit simul lupus cum agno et pardus cum agno accubabit vitulus et leo et ouis simul morabuntur et puer puulus minabit eos vt ysa. xi. c. Sed ipse q̄ dicit se hiesum ꝛ promissum in lege messiā nō solum ꝙ ipse pacē nō dederit alijs. atqꝫ fecerit iusticiam sed a populo iudeorum ɔtinuam habuit rixam. qui populus dictum hiesum crucis suspendio damnauit. et repꝫbus ab eodem populo vsqꝫ in hodiernum diem est habitus. ac etiā cū ipse hiesus esset in humanis quid fuit locutus. Non veni mittere pacem sed gladium. veni enim separare hominē aduersus patrem suum ꝛc̄. vt math. xi. c. Si ipse hiesus aliqua signa et miracula fecit in terris. maiora hijs fecisti tu moyses in egypto in conspectu pharaonis. Et etiam helias antequam raptus esset a curru igneo. ac etiam eius discipulꝰ heliseus. Ergo si debet saluare popu-

lum iudaicum messias. et ipse ab eo dem populo est occisus quoniam ip se fuit messias.

o Belial q̄ stulte et contra insanam mentem locutus es temerario motu aduersꝰ fuisti os tuum in celo ponere diuinum et admirabile commertium. ita ꝓphane et ore sacrilego nominare vere lingua transibit super terram an ignoras. q̄ creator humani generis animatum corpus sumpsit de virgine. de qua nasci dignatus est homo sine semine procedens. et suam deitatem nobis largitus est atq̄ʒ vt homo ꝓ toto humano genere mori voluit. Ait belial. Ediscere rogo quia forte error me opprimit. Ac moyses aperiens os suum ait hoc non ignoras q̄ deus formauit hominē de pura ꝛ virgine terra que adhuc in se non receperat maculā alicuius peccati. nec aliquis ea p̄ter ipsum deum fuerat nec fuit operatus vt gen̄. i. et. ij. c. Item plene nosti q̄ deus hominem sine iniquitate et labe peccati de dicta terra ad similitudinem suā formauit. Item q̄ dictus hō extra paradisū ad dei similitudinem formatꝰ in. animā viuentem in paradiso sine labe alicuius peccati peperit mulierem. Euam sibi consociā. Item q̄ ꝓhibitus a deo de lingno scientie comederet. quia in ea erat mors et nō vrens mortem dyabolica deceptione cōtra. ꝓhibitionem de lingno comedit. Itē q̄ propter illius lingni esum factus fuit similis deo sciens bonū ꝛ malū. Itē ipse incotinenti peccatū cognouit et dei timore ꝓter que in medio lingne a facie dei se abscondit. Item q̄. ꝓpter eiusdē hominis inobediētiā ipse homo a dicto deo expulsus fuit de paradiso. vt laboribus et sudoribus fatigatus morte infernali morietur. Item q̄ dictus homo repudiatus a deo venditus fuit in manu inferni vt gen̄. ij. et. iij. c. Nunquid o belial dicis istum hominem formatum. et creatum ex virgine et incorrupta matrē sue aliquo peccato similem q̄ʒ deo suggestione dyabolica in paradiso peccantem et dyabolo venditum potuisse redimi ab aliquo nato in iniquitatibus atq̄ʒ in peccatis concepto. Nonne deus prospexit super filios hominū si erat intelligens aut requirens deum. et omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Non erat qui faceret bonū et non erat vsq̄ʒ ad vnum vt p̄s. iij. Item nūquid o Belial necessario oportebat q̄ ipsius hominis peccatoris redemptio. fieret per alium natum ex virgine sine peccato concepta que concipet absq̄ʒ dolore et libidine alicuius peccati hominē deo similem. Et sicut adam formatus de terra sine peccato peperit mulierem sine dolore et labe alicuius peccati. per quā ingressa fuit mors in orbem terrarum vt gen̄. i. et. iij. c. Ita similitudinarie opoztebat mulierē nasci sine aliquo peccato. que virum deo similē pareret sine dolore et labe alicuius peccati. ꝑ quā dicta mors in orbē terrarum destrueretur et vita recuperaretur amissa. q̄ʒ licet nouū fuit virum peperisse feminā. ita et nouū erit feminā peperisse virum vt hieremie. xxxij. quia creauit deus nouū super terram femia circūdabit virū. Et sicut adam peccauit in paradiso et persuasu dyabolico in gula ꝛ super

bia Ipse vero extra paradisum om
nino nō peccauit vt ysa.liij.eo ꝙ ini
quitatē non fecerit .neqꝫ dolus fu
erit in ore eius.sed potius dyabolū
et mortem in similibus superbis et
gulosis persuasionibus destruxit.
Si eua et adam contra probitum dei
de ligno scientie comedit ad sugge
stionem dyaboli.vt morte moriretur
Ipse vero ad preceptū dei comedit
de ligno mortis dissuadente dyabo
lo vt eternam vitam recuperaret vt
ysa.liij.et dominus voluit conterere
eū in infirmitate si posuerit ꝓ pec
cato animā suam.Et si adam per esū
ligni factus fuit similis deo in sapi
entia.Ipse vero in esuꝫ ligni mortis
perdidit similitudinem ipsam sapi
entie et scientie vt pristinā dei simi
litudinem perditā per peccatum in
morte recuperaret vt.ysa.liij.Et po
suit dn̄s in eo iniquitatem omniū no
strum oblatus est quia voluit. Et si
adam cognito suo peccato in dei ti
more constitutus in medio ligni se
abscondit.Ipse vero cognita dei mi
sericordia in sua caritate in qua om
nem expulit timorem in medio ligni
crucis palam in facie dei se consti
tuit vt hiere.xj.c. Venite mittamus
lignū in panem eius.Et si adam fu
it ex peccato a deo expulsus a para
diso.Item non morte destruens illō
peccatum eundē adam rancor pauit
eidem vt ysa.liij.c.ꝓpter scelus po
puli mei percussi eū ⁊ dabit impios
pro sepultura et diuites pro morte
sua.Si adam ꝓpter iam dictum pec
catum repudiatus est ⁊ vendit⁹ fu
it dyabolo atqꝫ inferno. Ipse vero
moriendo eundem de manibus dya
boli et inferni liberauit vt ysaie.lij.

Gratis venūdati estis et sine argē
to redimemini.Si ipse adam totum
mundum per lignū dulcia suggen
do damnauit.Ipse vero totum mu
duꝫ suggēdo amara saluauit vt ysa.
liij.Sicut ouis ad occisionem duce
tur de angustia et de iudicio subla
tus est.Et ne mireris o belial cū nō
ignoras ꝙ omnis res per quācūqꝫ
causam nascitur per eandem contra
riam dissoluitur vt de re.iur. omnis
sic directe et necessario oportebat ī
redemptione humani generis ope
rari siue obseruari rō qꝛ res de faci
li reuertetur d suam naturam.s.ad
libertateꝫ pristinā vt.xxxv.di.ab ex
ordio et.ff.de pact.l.si vnus. Sed
iste homo natus ex virgine concep
ta sine peccato.et ipse natus ex ea
sine peccato.Nonne fuit hiesus fili
us dei.quem tu sic persequeris.

n Onne hec saluatio seu redē
ptio ꝓmissa fuit Abrahe pa
triarche.qui obediendo deo
ymmolauit filium suū ysaac in cuius
obedientia deus ade inobedientiaꝫ
deleuit dicens eidem abrahe. In se
mine tuo bn̄dicentur omnes gentes
et eundem constituit multarū genti
um patrē quasi nolens ꝙ totali pri
uilegio ade gauderet vt gen̄.xvij.⁊
quā bn̄dictionem ipse deus voluit ī
figura ipsi abrahe ostendere in filio
sterilis vt finem acciperet in semine
eiusdem abrahe per filium virginis
Sed si per obedientiam abrahe in
obedientia ade fuit deleta.bene se
quitur ꝙ dictum semen abrahe tam
ex pte dantis ꝙ̄ suscipientis debe
bat esse a peccato mundum sicut fu
erunt adam et eua ante peccatum.
Sed qꝛ cū ipse abrahā essꝫ ꝯceptus

in iniquitate non poterat hominem absq3 vlla iniquitate natum z forma tum redimere et maxime deo similē Quis dissimilis deo poterat hoīem absq3 vllo peccato natum et formatum redimere. Nonne omnes post adam sumus concepti z nati in iniquitatibus z peccatis vt. ps. l. Nūquid ꝓpter hoc sumus dissimiles deo in quo nulla est iniquitas sed omnis equitas habundat Ideo necesse fuit vt ipse ihesus dei filius tempore ꝑfinito homo fieret de virgine orta. sine peccato vt hominē sibi similem de virgine terra natum redimeret. Audi me o belial et si placet patienter. Nonne deus vocauit Abrahā dicensq3 ei. Egredere de terra tua et d' ꝯgnatōe tua. z. d' domo patris tui. z q̄ obediēs dō oīa reliq̄t dī volūtatē perficiens. Et ex hoc benedicens ei deus ait. In te benedicētur vniuerse cognationes terre vt geñ. xij. Et subsequenter ait ei deus. Leua oculos tuos et vide a loco in quo nunc es ad aquilonem ad meridiem ad orientem et occidentem omnē terraz quā conspicis tibi dabo z semini tuo vsq3 in sempiternum. vt geñ. xiij. Quid dixit abrahā deo. aitq3. domine deus quid dabis mihi. ego vadā absq3 liberis mihi quoq3 non dedisti semē. et ecce vernacul9 me9 heres meus erit. Cui ait deus. non erit hic heres tuus. sed qui egreditur de vtero tuo ipsum habebis heredem vt geñ. xv. Non intelligas de vtero sare. et que non est de semine abrahe. sed intelligitur de vtero alterius femineque oritur de hoc semine i abraham benedicto. ex cuius vtero absq3 alio semine nascetur. hic heres abrahe qui erit heres vniuersoꝝ abrahe vt ad hebreos. i. c. ecce abraham relinquens suam terram et domū faīs est ipse. et suus heres dominus vniuerse terre et in hoc semine dicetur pater multaꝝ gentium in benedictione omniū cognationū vniuerse terre. vt geñ. xvi. et. xxi. Hoc quoq3 declarans apostolus. dicit. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius non dicit et seminib9 quasi in multis sed quasi in vno et semini tuo q̄ ē christus. hoc enim dico testamentuz confirmatum a deo. s. in abraham vt geñ. xxij. et ad galt. iij. Quante ergo beatitudinis benedictionis z sanctitatis est hoc semen absq3 macula et labe alicuius peccati. et quod egrediendum est ex abraham et ex eo formandus est vterus vel femina ex quo vel qua nascetur absq3 alio virili semine filius et heres vniuersorum abrahe in omniū gentium benedictione salute et peccatoꝝ emēdatione. Mens humana consideret z ruminet hocq3 sanctum semen descendit de abraham in ysaac Iacobq3 et iudam vt geñ. xxi. xxvi. xxviij. et aliosq3 patres vsq3 ad dauid. In quo z sicut in abraham quo ad heredez vniuersoꝝ. sic quo ad regnum vniuersale in eodem semine refirmat promissiones deoq3 eidem dauid dicente. Cumq3 completi fuerint dies tui et dormieris cuz patribus tuis. s. Abraham ysaac et Iacob et iuda suscitabo semen tuum post te dicas primo promissum z sanctificatū in abrahā descendensq3 per patres in dauid vt mat. i. et non intelligas ꝑ salomone qui vocatus a deo in filiū vt. i. paralip. xxviij. et qui factus est rex vi.

uente dauid vt.i.paralip. vltimo.c.
Sed intelligitur de alio semine z fi
lio post mortem dauid nasciturо. et
